


# CORNELI NEPOTIS

## THEMISTOCLES



© drs. J.H. van Hal, november 2021

# Inhoud

Cornelius Nepos .....	4
[1] Toch op het rechte pad.....	5
[2] Themistocles overreedt de Atheners. ....	6
[3] Thermopylae en Artemisium .....	7
[4] Themistocles' list.....	9
[5] Themistocles redt Xerxes.....	10
[6] Themistocles en verdedigingswerken .....	10
[7] Themistocles' list.....	12
[8] Themistocles bij Admetus.....	13
[9] Een brief aan Artaxerxes .....	15
[10] Themistocles' dood .....	16

## **Cornelius Nepos**

Nepos was leeftijdgenoot van de lyricus Catullus met wie hij bevriend was. Ook kende hij Marcus Tullius Cicero.

Hij was een historicus. Helaas is zijn werk 'Chronica', een chronologische wereldgeschiedenis verloren gegaan. Nu is hij vooral bekend om zijn 'De viris illustribus', de beschrijving van de levens van Romeinse, en niet-Romeinse bekende mannen. Helaas zijn van dit werk alleen biografieën van niet-Romeinse bevelhebbers bewaard gebleven en die van zijn vriend Atticus en Cato de Oude.

Zijn werk is verre van historisch correct, maar hij heeft zijn doel wel bereikt: zijn werk is prettig om te lezen.

## [1] Toch op het rechte pad

THEMISTOCLES, Neocli filius, Atheniensis. Huius vitia ineuntis<sup>1</sup> adolescentiae<sup>2</sup> magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut anteferatur<sup>3</sup> huic nemo, pauci pares putentur. 2 Sed ab initio est ordiendus<sup>4</sup>. Pater eius Neocles generosus<sup>5</sup> fuit. Is uxorem Acarnanam<sup>6</sup> civem duxit, ex qua natus est Themistocles. Qui cum minus esset probatus<sup>7</sup> parentibus, quod et liberius vivebat et rem familiarem neglegebat, a patre exheredatus est<sup>8</sup>. 3 Quae contumelia<sup>9</sup> non fregit eum, sed erexit<sup>10</sup>. Nam cum iudicasset sine summa industria<sup>11</sup> non posse eam exstingui<sup>12</sup>, totum se dedidit rei publicae. Diligentius<sup>13</sup> amicis famaеque serviens<sup>14</sup> multum in iudiciis privatis versabatur<sup>15</sup>, saepe in contionem<sup>16</sup> populi prodibat; nulla res maior sine eo gerebatur; celeriter, quae opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat<sup>17</sup>. 4 Neque minus in rebus gerendis promptus<sup>18</sup> quam excogitandis erat, quod et de instantibus<sup>19</sup>, ut ait Thucydides, verissime<sup>20</sup> iudicabat et de futuris callidissime coniciebat<sup>21</sup>. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur<sup>22</sup>.

---

<sup>1</sup> inire	beginnen
<sup>2</sup> adolescentia	jeugd
<sup>3</sup> anteferre + dat.	verkiezen/stellen boven
<sup>4</sup> ordi, orsus 5	beginnen met de levensbeschrijving van
<sup>5</sup> generosus	adellijk
<sup>6</sup> Acarnana	Acarnanische vrouw, <i>Acarnania een landschap van Midden-Griekenland</i>
<sup>7</sup> probatus	deugdelijk, geliefd
<sup>8</sup> exheredare	onterven
<sup>9</sup> contumelia	smaad
<sup>10</sup> erigere 3, erexi	prikkelen
<sup>11</sup> industria	vlijt
<sup>12</sup> extinguerе 3	uitblussen, uitwissen
<sup>13</sup> diligens	nauwgezet
<sup>14</sup> servire + dat.	dienen
<sup>15</sup> versari in + abl.	zich bezighouden met
<sup>16</sup> contio	vergadering; <i>hier</i> de ekklesia
<sup>17</sup> explicare	uit de doeken doen
<sup>18</sup> promptus	slagvaardig
<sup>19</sup> instare	dreigen, op de hielen zitten
<sup>20</sup> vere	naar waarheid, eerlijk, verstandig
<sup>21</sup> conicere 5	vermoedens hebben, gissen
<sup>22</sup> illustrare	verheerlijken prijzen

## [2] Themistocles overreedt de Atheners.

Primus autem gradus<sup>1</sup> fuit capessendae<sup>2</sup> rei publicae bello Corcyraeo; ad quod gerendum praetor<sup>3</sup> a populo factus non solum praesenti bello, sed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit<sup>4</sup> civitatem. 2 Nam cum pecunia publica, quae ex metallis<sup>5</sup> redibat<sup>6</sup>, largitione<sup>7</sup> magistratum quotannis<sup>8</sup> interiret<sup>9</sup>, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur. 3 Qua celeriter effecta primum Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones<sup>10</sup> consecrando<sup>11</sup> mare tutum<sup>12</sup> reddidit. In quo cum divitiis<sup>13</sup> ornavit<sup>14</sup>, tum etiam peritissimos<sup>15</sup> belli navalis<sup>16</sup> fecit Athenienses. 4 Id quantae saluti fuerit<sup>17</sup> universae Graeciae, bello cognitum est Persico<sup>18</sup>. Nam cum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret<sup>19</sup> Europae cum tantis copiis<sup>20</sup>, quantas neque ante nec postea habuit quisquam - 5 huius enim classis mille et ducentarum navium longarum<sup>21</sup> fuit, quam duo milia onerariarum<sup>22</sup> sequebantur; terrestres<sup>23</sup> autem exercitus DCC peditum<sup>24</sup>, equitum CCCC milia fuerunt -, 6 cuius de adventu cum fama in Graeciam esset perlata<sup>25</sup> et maxime Athenienses peti<sup>26</sup> dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt<sup>27</sup> Delphos consultum<sup>28</sup>, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus<sup>29</sup> Pythia

---

<sup>1</sup> gradus 4	stap
<sup>2</sup> capessere 3	grijpen
<sup>3</sup> praetor	strateeg, militair bevelhebber
<sup>4</sup> reddere 3 + 2 acc.	maken
<sup>5</sup> metallum	mijn
<sup>6</sup> redire	binnenkomen, voortkomen
<sup>7</sup> largitio	schenking
<sup>8</sup> quotannis	jaarlijks
<sup>9</sup> interire	verloren gaan
<sup>10</sup> praedo, -donis	piraat
<sup>11</sup> consecrari	achterna jagen
<sup>12</sup> tutus	veilig
<sup>13</sup> divitiae	rijkdommen
<sup>14</sup> ornare	uitrusten, toerusten
<sup>15</sup> peritus + gen.	ervaren op het gebied van
<sup>16</sup> navalis	scheeps-
<sup>17</sup> esse saluti	tot redding strekken
<sup>18</sup> sc. de derde Perzische oorlog 480 v.Chr.	
<sup>19</sup> bellum inferre + dat.	iem. de oorlog aandoen
<sup>20</sup> copiae pl.	troepen
<sup>21</sup> navis longa	oorlogsschip
<sup>22</sup> navis oneraria	vrachtschip
<sup>23</sup> terrestris	land-
<sup>24</sup> pedes, peditis	infanterist
<sup>25</sup> perferre in + acc.	overbrengen naar, rapporteren in
<sup>26</sup> petere	aanvallen
<sup>27</sup> mittere 3 (nuntios)	boden sturen
<sup>28</sup> consultum	sup./ om te raadplegen
<sup>29</sup> deliberare	overleggen

respondit, ut moenibus ligneis<sup>1</sup> se munirent<sup>2</sup>. 7 Id responsum quo<sup>3</sup> valeret, cum intellegeret nemo, Themistocles persuasit<sup>4</sup> consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent<sup>5</sup>: eum enim a deo significari<sup>6</sup> murum ligneum. 8 Tali consilio probato<sup>7</sup> addunt ad superiores<sup>8</sup> totidem<sup>9</sup> naves triremes suaque omnia, quae moveri poterant, partim<sup>10</sup> Salamina<sup>11</sup>, partim Troezena<sup>12</sup> deportant; arcem<sup>13</sup> sacerdotibus<sup>14</sup> paucisque maioribus natu<sup>15</sup> ac sacra<sup>16</sup> procuranda<sup>17</sup> tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

### [3] Thermopylae en Artemisium

Huius consilium plerisque civitatibus displicebat<sup>18</sup> et in terra dimicari<sup>19</sup> magis placebat. Itaque missi sunt delecti<sup>20</sup> cum Leonida<sup>21</sup>, Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas<sup>22</sup> occuparent<sup>23</sup> longiusque barbaros progredi non paterentur<sup>24</sup>. Hi vim hostium non sustinuerunt<sup>25</sup> eoque loco omnes interierunt<sup>26</sup>. 2 At classis<sup>27</sup> communis<sup>28</sup> Graeciae trecentarum<sup>29</sup> navium, in qua

---

<sup>1</sup> ligneus	houten
<sup>2</sup> munire	versterken
<sup>3</sup> quo valet	waarop doelt ..
<sup>4</sup> persuadere 2 + aci	ervan overtuigen dat
<sup>5</sup> se conferre in	zich begeven in
<sup>6</sup> significare	bedoelen
<sup>7</sup> probare	goedkeuren
<sup>8</sup> superior	eerder
<sup>9</sup> totidem	evenveel; <i>indeclinabel adiectivum</i>
<sup>10</sup> partim	deels
<sup>11</sup> Salamis	klein eiland voor de kust van Athene; <i>Salamina Griekse acc.</i>
<sup>12</sup> Troezen	Troizen, <i>Ionisch-Attische stad in het zuidoosten van de Argolis</i>
<sup>13</sup> arx, arcis	de acropolis
<sup>14</sup> sacerdos	priester
<sup>15</sup> maior natu ( <i>abl. alimitationis</i> )	ouder
<sup>16</sup> asacra <i>n.pl.</i>	heilige handelingen
<sup>17</sup> procurare	het beheren
<sup>18</sup> displicere 2 + dat.	mishagen
<sup>19</sup> dimicare	strijden
<sup>20</sup> delectus	uitgelezen
<sup>21</sup> Leonidas	Leonidas
<sup>22</sup> Thermopylae	Thermopylae, <i>pas in het noordoosten van Griekenland, de toegang tot Griekenland</i>
<sup>23</sup> occupare	bezetten
<sup>24</sup> pati 5	dulden
<sup>25</sup> sustinere 2	uithouden
<sup>26</sup> interire	sterven
<sup>27</sup> classis	vloot
<sup>28</sup> communis	gemeenschappelijk
<sup>29</sup> trecenti/ae/a	driehonderd

ducentae erant Atheniensium, primum apud Artemisium<sup>1</sup> inter Euboeam continentemque<sup>2</sup> terram cum classiariis<sup>3</sup> regis confligit<sup>4</sup>. Angustias<sup>5</sup> enim Themistocles quaerebat, ne multitudine circumiretur<sup>6</sup>. 3 Hic etsi pari<sup>7</sup> proelio discesserant<sup>8</sup>, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quod erat periculum, ne<sup>9</sup>, si pars navium adversariorum<sup>10</sup> Euboeam superasset<sup>11</sup>, ancipiti<sup>12</sup> premerentur<sup>13</sup> periculo. 4 Quo factum est, ut ab Artemisio discederent et exadversum<sup>14</sup> Athenas apud Salamina<sup>15</sup> classem suam constituerent.



<sup>1</sup> Artemisium of Kaap van Artemision was een voorgebergte en kaap aan de noordwestkust van Euboea, dat zijn naam ontleende aan het Grieks heiligdom van Artemis Proseioia. In 480 v.Chr. vond voor haar kust de zeeslag bij Artemisium plaats.

<sup>2</sup> continens                                vaste-  
<sup>3</sup> classiarius                                marinier  
<sup>4</sup> confligere 3 cum                        slaags raken met  
<sup>5</sup> angustiae                                 engte, bergpas  
<sup>6</sup> circumire                                 omsingelen  
<sup>7</sup> par proelium                             gelijke strijd, onbesliste strijd  
<sup>8</sup> discedere 3, -cessi                     uiteengaan  
<sup>9</sup> ne + con(i).                                hier: dat (omdat in periculum een negatief begrip zit, vgl timere en deterrere ne + con(i).)  
<sup>10</sup> adversarius                                vijand  
<sup>11</sup> superare                                    voorbij gaan aan  
<sup>12</sup> anceps, ancipitis                        dubbel, tweezijdig  
<sup>13</sup> premere 3                                 in het nauw brengen  
<sup>14</sup> exadversum + acc.                        tegenover  
<sup>15</sup> Salamis, -minis                         Salamis, eiland voor de kust van Attica



#### [4] Themistocles' list

At Xerxes Thermopylis expugnatis<sup>1</sup> protinus<sup>2</sup> accessit astu<sup>3</sup> idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus<sup>4</sup>, quos in arce<sup>5</sup> invenerat<sup>6</sup>, incendio delevit<sup>7</sup>. 2 Cuius flamma perterriti classarii, cum manere non auderent et plurimi hortarentur<sup>8</sup>, ut domos suas discederent moenibusque se defenderent, Themistocles unus restitit<sup>9</sup> et universos<sup>10</sup> pares<sup>11</sup> esse posse aiebat, dispersos<sup>12</sup> testabatur<sup>13</sup> perituros idque Eurybiadi<sup>14</sup>, regi Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii<sup>15</sup> praeerat<sup>16</sup>, fore affirmabat<sup>17</sup>. 3 Quem cum minus, quam vellet, moveret, noctu<sup>18</sup> de servis suis, quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis adversarios eius in fuga esse: 4 qui si discessissent, maiore cum labore et longinquiore<sup>19</sup> tempore bellum confecturum<sup>20</sup>, cum singulos consecrari<sup>21</sup> cogere; quos si statim aggredere, brevi<sup>22</sup> universos oppressurum<sup>23</sup>. Hoc eo valebat<sup>24</sup>, ut ingratis<sup>25</sup> ad depugnandum omnes cogere. 5 Hac re audita barbarus, nihil doli subesse<sup>26</sup> credens, postridie alienissimo<sup>27</sup> sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari confligit, ut eius multitudo navium explicari<sup>28</sup> non potuerit. Victus ergo est magis etiam consilio Themistocli quam armis Graeciae.

---

<sup>1</sup> expugnare	veroveren
<sup>2</sup> protinus <i>adv.</i>	onmiddellijk
<sup>3</sup> astu	stad; <i>Grieks leenwoord, alleen in acc. en abl.</i>
<sup>4</sup> sacerdos, -dotis	priester
<sup>5</sup> arx, arcis	burcht
<sup>6</sup> invenire	vinden
<sup>7</sup> delere 2	vernietigen
<sup>8</sup> hortari	aansporen
<sup>9</sup> resistere 3, restiti	zich verzetten
<sup>10</sup> universi <i>pl.</i>	allen tezamen
<sup>11</sup> par	gelijk, opgewassen tegen
<sup>12</sup> dispergere 3, -spersi, -spersus	verspreiden
<sup>13</sup> testari	verzekeren
<sup>14</sup> Eurybiades	Eurybiades
<sup>15</sup> summa imperii	oppergezag
<sup>16</sup> praeesse + <i>dat.</i>	aan het hoofd staan van
<sup>17</sup> affirmare	verzekeren
<sup>18</sup> noctu	in de nacht
<sup>19</sup> longinquus	ver, langdurig
<sup>20</sup> conficere 5, -feci, -fectus	voltooien
<sup>21</sup> consecrari	vervolgen, achtervolgen
<sup>22</sup> brevi	in korte tijd
<sup>23</sup> opprimere 3, -pressi, -pressus	overweldigen
<sup>24</sup> eo valere 2	tot dit punt invloed hebben
<sup>25</sup> ingratus	onaangenaam, lastig
<sup>26</sup> subesse	schuilgaan
<sup>27</sup> alienus + <i>dat.</i>	ongunstig
<sup>28</sup> explicare	ontvouwen

## [5] Themistocles redt Xerxes.

Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias<sup>1</sup> copiarum, ut etiam tum his opprimere posset hostes. Iterum ab eodem gradu<sup>2</sup> depulsus<sup>3</sup> est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret<sup>4</sup>, certiozem eum fecit<sup>5</sup> id agi<sup>6</sup>, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur<sup>7</sup> ac reditu in Asiam excluderetur<sup>8</sup>, idque ei persuasit<sup>9</sup>. 2 Itaque qua<sup>10</sup> sex mensibus iter fecerat, eadem<sup>11</sup> minus diebus XXX in Asiam reversus est<sup>12</sup> seque a Themistocle non superatum<sup>13</sup>, sed conservatum<sup>14</sup> iudicavit. 3 Sic unius viri prudentia<sup>15</sup> Graecia liberata<sup>16</sup> est Europaeque succubuit<sup>17</sup> Asia. Haec altera victoria, quae cum Marathonio<sup>18</sup> possit comparari tropaeo<sup>19</sup>. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima post hominum memoriam<sup>20</sup> classis est devicta<sup>21</sup>.

## [6] Themistocles en verdedigingswerken

Magnus hoc bello Themistocles fuit neque minor in pace. Cum enim Phalerico portu<sup>22</sup> neque magno neque bono Athenienses uterentur<sup>23</sup>, huius consilio triplex<sup>24</sup> Piraei<sup>25</sup> portus constitutus<sup>26</sup> est isque moenibus circumdatus, ut ipsam

---

<sup>1</sup> reliquiae	overblijfselen
<sup>2</sup> gradus 4	positie
<sup>3</sup> depellere 3, -puli, =pulsus	verdrijven
<sup>4</sup> perseverare	volharden
<sup>5</sup> certiozem facere	iemand op de hoogte stellen
<sup>6</sup> id agitur ut + <i>coni.</i>	dit wordt beoogd dat
<sup>7</sup> dissolvere 3	afbreken
<sup>8</sup> excludere + <i>abl.</i>	afsluiten van
<sup>9</sup> persuadere + <i>dat.</i>	overtuigen, overreden
<sup>10</sup> qua	waarlangs
<sup>11</sup> eadem	daarlangs
<sup>12</sup> reverti 3, reversus	terugkeren
<sup>13</sup> superare	overwinnen
<sup>14</sup> conservare	redden
<sup>15</sup> prudentia	verstand, inzicht
<sup>16</sup> liberare	bevrijden
<sup>17</sup> succumbere, -cubui + <i>dat.</i>	zwichten voor
<sup>18</sup> Marathonius	van Marathon
<sup>19</sup> tropaeum	zegeteken, zege
<sup>20</sup> memoria	herinnering, heugenis
<sup>21</sup> devincere 3, -vici, victus	geheel overwinnen
<sup>22</sup> portus (4) Phalericus	de haven van Phaleron, <i>de oude haven van Athene; later werd Peiraeus belangrijk</i>
<sup>23</sup> uti + <i>abl.</i>	gebruik maken van
<sup>24</sup> triplex	drievoudig
<sup>25</sup> <i>locativus van Peiraeus</i>	
<sup>26</sup> constituere 3	instellen, vestigen

urbem dignitate<sup>1</sup> aequiperaret<sup>2</sup>, utilitate<sup>3</sup> superaret. 2 Idem muros Atheniensium restituit<sup>4</sup> praecipuo<sup>5</sup> suo periculo. Namque Lacedaemonii causam idoneam<sup>6</sup> nacti<sup>7</sup> propter<sup>8</sup> barbarorum excursiones<sup>9</sup>, qua<sup>10</sup> negarent<sup>11</sup> oportere extra<sup>12</sup> Peloponnesum ullam urbem muros habere, ne essent loca munita<sup>13</sup>, quae hostes possiderent, Athenienses aedificantes prohibere<sup>14</sup> sunt conati<sup>15</sup>. 3 Hoc longe alio<sup>16</sup> spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonica et Salaminica, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intellegerent Lacedaemonii de principatu<sup>17</sup> sibi cum his certamen fore<sup>18</sup>. Quare<sup>19</sup> eos quam infirmissimos esse volebant. 4 Postquam autem audierunt muros instrui<sup>20</sup>, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. Eis praesentibus<sup>21</sup> desierunt<sup>22</sup> ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. 5 Hanc legationem<sup>23</sup> suscepit<sup>24</sup> Themistocles et solus primo profectus<sup>25</sup> est; reliqui legati ut tum exirent, cum satis alti tuendo<sup>26</sup> muri exstructi<sup>27</sup> viderentur, praecepit<sup>28</sup>: interim omnes, servi atque liberi, opus<sup>29</sup> facerent<sup>30</sup> neque ulli loco parcerent<sup>31</sup>, sive sacer, sive privatus esset sive

---

<sup>1</sup> dignitas, -tatis	waardigheid
<sup>2</sup> aequiperare + <i>abl.</i>	evenaren in
<sup>3</sup> utilitas	nut
<sup>4</sup> restituere 3	herstellen
<sup>5</sup> praecipuus	bijzonder, speciaal, eigen
<sup>6</sup> idoneus	geschikt
<sup>7</sup> nancisci, nactus	krijgen
<sup>8</sup> propter + <i>acc.</i>	wegens
<sup>9</sup> excusio	inval
<sup>10</sup> <i>qua + conji!</i>	
<sup>11</sup> negare + <i>aci</i>	zeggen dat niet
<sup>12</sup> extra + <i>acc.</i>	buiten
<sup>13</sup> munire	versterken
<sup>14</sup> prohibere 2	tegenhouden
<sup>15</sup> conari	proberen
<sup>16</sup> spectare alio	(in een andere richting kijken →) op iets anders wijzen
<sup>17</sup> principatus 4	de leidende positie
<sup>18</sup> = futurum esse	
<sup>19</sup> quare	<i>als vr.vnw.:</i> waarom, <i>als relativum:</i> waarom; <i>rel.aansl.</i> en daarom
<sup>20</sup> instruere 3	oprichten
<sup>21</sup> praesens	aanwezig
<sup>22</sup> desinere 3, desii	ophouden
<sup>23</sup> legatio	gezantschap
<sup>24</sup> suscipere 5, suscepi, -ceptus	op zich nemen
<sup>25</sup> proficisci, profectus	vertrekken
<sup>26</sup> tueri	beschermen, verdedigen; dat. finalis
<sup>27</sup> exstruere 3, -struxi, -structus	oprichten
<sup>28</sup> praecipere 5, -cepi, -ceptus	voorschrijven
<sup>29</sup> opus <i>n.</i>	werk, verdedigingswerk
<sup>30</sup> <i>coni. indirecte rede van bevel</i>	
<sup>31</sup> parcere + <i>dat.</i>	sparen, ontzien

publicus, et undique, quod idoneum<sup>1</sup> ad muniendum<sup>2</sup> putarent, congererent<sup>3</sup>. Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis<sup>4</sup> sepulcrisque<sup>5</sup> constarent<sup>6</sup>.

### [7] Themistocles' list

Themistocles autem ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit et dedit operam, ut quam longissime tempus duceret<sup>7</sup>, causam<sup>8</sup> interponens<sup>9</sup> se collegas exspectare. 2 Cum Lacedaemonii quererentur<sup>10</sup> opus nihilo minus<sup>11</sup> fieri eumque in ea re conari fallere<sup>12</sup>, interim reliqui legati sunt consecuti<sup>13</sup>. A quibus cum audisset non multum superesse munitionis<sup>14</sup>, ad ephoros<sup>15</sup> Lacedaemoniorum accessit, penes<sup>16</sup> quos summum erat imperium, atque apud eos contendit<sup>17</sup> falsa<sup>18</sup> iis esse delata<sup>19</sup>: quare aequum<sup>20</sup> esse illos viros bonos nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent<sup>21</sup>; interea se obsidem<sup>22</sup> retinerent. 3 Gestus est ei mos<sup>23</sup>, tresque legati functi<sup>24</sup> summis honoribus<sup>25</sup> Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles iussit proficisci hisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent<sup>26</sup> quam ipse esset remissus. 4 Hos postquam Athenas pervenisse ratus<sup>27</sup> est, ad magistratum senatumque Lacedaemoniorum adiit et apud eos liberrime

---

<sup>1</sup> idoneus	geschikt
<sup>2</sup> munire	versterken, bouwen van versterkingswerken
<sup>3</sup> congerere 3	bijeenbrengen
<sup>4</sup> sacellum	klein heiligdom
<sup>5</sup> sepulcrum	graf
<sup>6</sup> constare ex	bestaan uit
<sup>7</sup> ducere 3	rekken
<sup>8</sup> causa	reden
<sup>9</sup> interponere 3	aanvoeren, voorwenden
<sup>10</sup> queri, questus	klagen
<sup>11</sup> nihilo minus	geenszins minder, desalniettemin
<sup>12</sup> fallere 3	bedriegen, ontgaan
<sup>13</sup> consequi, -secutus	inhalen, bereiken
<sup>14</sup> munitio	het versterken
<sup>15</sup> ephorus	efoor, jaarlijks gekozen hoogste ambtenaren van Sparta
<sup>16</sup> penes + acc.	in het bezit van
<sup>17</sup> contendere 3	nadrukkelijk verzekeren
<sup>18</sup> falsus	foutief
<sup>19</sup> deferre, -tuli, -latus	berichten
<sup>20</sup> aequum	billijk
<sup>21</sup> explorare	onderzoeken
<sup>22</sup> obses, -sidis	gijzelaar
<sup>23</sup> morem gerere 3 + dat.	terwille zijn
<sup>24</sup> fungi 3 + abl., functus	vervullen
<sup>25</sup> honor	eer, ereambt
<sup>26</sup> dimittere 3	weg laten gaan
<sup>27</sup> reri, ratus	menen

professus<sup>1</sup> est: Atheniensis<sup>2</sup> suo consilio, quod communi<sup>3</sup> iure gentium facere possent, deos publicos suosque patrios ac penates, quo<sup>4</sup> facilius ab hoste possent defendere<sup>5</sup>, muris saepsisse<sup>6</sup> neque in eo<sup>7</sup>, quod inutile<sup>8</sup> esset Graeciae, fecisse. 5 Nam illorum urbem ut propugnaculum<sup>9</sup> oppositum<sup>10</sup> esse barbaris; apud quam iam bis classes<sup>11</sup> regias<sup>12</sup> fecisse naufragium<sup>13</sup>. 6 Lacedaemonios autem male et iniuste facere, qui id potius intuerentur<sup>14</sup>, quod ipsorum dominationi<sup>15</sup>, quam quod universae Graeciae utile esset. Quare, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent; aliter illos numquam in patriam essent recepturi.

## [8] Themistocles bij Admetus

Tamen non effugit civium<sup>16</sup> suorum invidiam<sup>17</sup>. Namque ob eundem timorem, quo damnatus<sup>18</sup> erat Miltiades, testularum<sup>19</sup> suffragiis<sup>20</sup> e civitate eiectus<sup>21</sup> Argos<sup>22</sup> habitatum<sup>23</sup> concessit<sup>24</sup>. 2 Hic cum [propter<sup>25</sup> multas eius virtutes] magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem<sup>26</sup> cum rege Perse ad Graeciam

---

<sup>1</sup> profiteri, professus	openlijk spreken
<sup>2</sup> substantiva van de 3 <sup>e</sup> met een gen.pl. op -ium kunnen als acc. pl. -is ipv -es hebben, zeker woorden met een nom.sg. op -is (oude i-stammen/6 <sup>e</sup> decl.); deze i-stammen kunne ook een abl.sg. -i hebben en evt. n.pl. op -ia.	
<sup>3</sup> communis	gemeenschappelijk
<sup>4</sup> quo + comp. + coni.	opdat daardoor des te
<sup>5</sup> defendere 3 ab	verdedigen tegen
<sup>6</sup> saepire, saepsi, saeptus	omgeven
<sup>7</sup> facere in + abl.	handelen volgens
<sup>8</sup> inutilis	nutteloos
<sup>9</sup> propugnaculum	bolwerk
<sup>10</sup> opponere 3 + dat., -posui, -positus	plaatsen tegenover
<sup>11</sup> classis	vloot
<sup>12</sup> regius	koninklijk, van de koning
<sup>13</sup> facere naufragium	schipbreuk lijden
<sup>14</sup> intueri	beschermen
<sup>15</sup> dominatio	heerschappij
<sup>16</sup> civis	burger
<sup>17</sup> invidia	afgunst, nijd
<sup>18</sup> damnare	veroordelen
<sup>19</sup> testula	scherf, ostrakon
<sup>20</sup> suffragium	stem, het stemmen
<sup>21</sup> eicere 5, -ieci, -iectus	eruit gooien, verbannen
<sup>22</sup> Argos n	Argos, stad op de Peloponnesos
<sup>23</sup> habitatum: habitare	wonen; habitus 4 – het wonen; bij verba van richting acc. regionis: naar het wonen/om te wonen = supinum I
<sup>24</sup> concedere 3, -cessi	weggaan
<sup>25</sup> propter + acc.	wegens
<sup>26</sup> societas, -tatis	bondgenootschap

opprimendam<sup>1</sup> fecisset. 3 Hoc crimine<sup>2</sup> absens proditiōis<sup>3</sup> damnatus est. Id ut audivit, quod non satis tutum<sup>4</sup> se Argis<sup>5</sup> videbat, Corcyram<sup>6</sup> demigravit<sup>7</sup>. Ibi cum cives principes<sup>8</sup> animadvertisset<sup>9</sup> timere ne propter se bellum iis Lacedaemonii et Athenienses indicerent<sup>10</sup>, ad Admetum<sup>11</sup>, Molossum<sup>12</sup> regem, cum quo ei hospitium<sup>13</sup> erat, confugit. 4 Huc cum venisset et in praesentia<sup>14</sup> rex abesset quo maiore religione<sup>15</sup> se receptum<sup>16</sup> tueretur, filiam eius parvulam arripuit<sup>17</sup> et cum ea se in sacrarium<sup>18</sup>, quod summa colebatur caerimonia<sup>19</sup>, coniecit<sup>20</sup>. Inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra in fidem reciperet; quam praestitit<sup>21</sup>. 5 Nam cum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis exposceretur<sup>22</sup> publice<sup>23</sup>, supplicem<sup>24</sup> non prodidit monuitque, ut consuleret<sup>25</sup> sibi: difficile enim esse in tam propinquo<sup>26</sup> loco tuto eum versari<sup>27</sup>. Itaque Pydnam<sup>28</sup> eum deduci<sup>29</sup> iussit et, quod satis esset praesidii<sup>30</sup>, dedit. 6 Hic in navem omnibus ignotus<sup>31</sup> nautis escendit. Quae cum tempestate<sup>32</sup> maxima Naxum<sup>33</sup> ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit<sup>34</sup> Themistocles, si eo<sup>35</sup> pervenisset,

---

<sup>1</sup> opprimere 3	overweldigen
<sup>2</sup> crimen, criminis	beschuldiging
<sup>3</sup> proditio, -tionis	verraad
<sup>4</sup> tutus	veilig
<sup>5</sup> <i>Naast de onzijdige vorm Argos bestaat ook de mannelijke vorm pluralis: Argi</i>	
<sup>6</sup> Corcyra	het huidige eiland Korfou
<sup>7</sup> demigrare	verhuizen
<sup>8</sup> princeps, principis	eerste, aanzienlijkste
<sup>9</sup> animadvertere 3	opmerken
<sup>10</sup> indicere 3	aanzeggen, verklaren
<sup>11</sup> <i>Admetus van Epirus (470-430), koning van de Molossiërs</i>	
<sup>12</sup> Molossus	Molossisch
<sup>13</sup> hospitium	gastvriendschap
<sup>14</sup> in praesentia	voor het moment
<sup>15</sup> religio	gewetensbezwaar
<sup>16</sup> recipere 5, -cepi, ceptus	ontvangen
<sup>17</sup> arripere 5	grijpen
<sup>18</sup> sacrarium	heiligdom
<sup>19</sup> caerimonia	verering, eerbiedwaardigheid
<sup>20</sup> se conicere 5	zijn toevlucht zoeken in
<sup>21</sup> praestare	geven
<sup>22</sup> exposcere 3	opeisen
<sup>23</sup> publice	officieel
<sup>24</sup> supplex	smekend, smekeling
<sup>25</sup> consulere + dat.	zorgen voor
<sup>26</sup> propinquus	nabijgelegen
<sup>27</sup> versari	verkeren
<sup>28</sup> <i>Pydna is een stad in het noordoosten van Griekenland.</i>	
<sup>29</sup> deducere 3	wegbrengen
<sup>30</sup> praesidium	bescherming
<sup>31</sup> ignotus	onbekend
<sup>32</sup> tempestas, -tatis	storm
<sup>33</sup> <i>Naxus, naam van een eiland</i>	
<sup>34</sup> sentire	menen
<sup>35</sup> eo	daarheen

sibi esse pereundum<sup>1</sup>. Hac necessitate<sup>2</sup> coactus domino navis, quis sit, aperit<sup>3</sup>, multa pollicens<sup>4</sup>, si se conservasset<sup>5</sup>. 7 At ille clarissimi viri captus misericordia<sup>6</sup> diem noctemque procul<sup>7</sup> ab insula in salo<sup>8</sup> navem tenuit in ancoris<sup>9</sup> neque quemquam ex ea exire passus<sup>10</sup> est. Inde Ephesum<sup>11</sup> pervenit ibique Themistoclen<sup>12</sup> exponit; cui ille pro meritis<sup>13</sup> postea gratiam rettulit.

### [9] Een brief aan Artaxerxes

Scio plerosque<sup>14</sup> ita scripsisse, Themistoclen Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum<sup>15</sup> Thucydidi<sup>16</sup> credo, quod aetate<sup>17</sup> proximus<sup>18</sup> de iis, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et eiusdem civitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxen<sup>19</sup> eum venisse atque his verbis epistolam misisse: 2 “Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuli, quamdiu<sup>20</sup> mihi necesse fuit adversum<sup>21</sup> patrem tuum bellare patriamque meam defendere. 3 Idem<sup>22</sup> multo plura bona feci, postquam in tuto<sup>23</sup> ipse<sup>24</sup> et ille in periculo esse coepit. Nam cum in Asiam reverti<sup>25</sup> vellet proelio apud Salamina facto, litteris<sup>26</sup> eum certiolem feci<sup>27</sup> id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur<sup>28</sup> atque ab hostibus circumiretur;

---

<sup>1</sup> perire	sterven
<sup>2</sup> necessitas, -tis	noodzaak
<sup>3</sup> aperire	openen, openbaren
<sup>4</sup> polliceri	beloven
<sup>5</sup> conservare	redden
<sup>6</sup> misericordia	medelijden
<sup>7</sup> procul <i>adv.</i>	ver
<sup>8</sup> salum	de open zee
<sup>9</sup> ancora	anker
<sup>10</sup> pati 5, passus	toestaan
<sup>11</sup> Ephesus	Ephesos, <i>tegenwoordig op de kust van Turkije, het Pompei van de Griekse wereld</i>
<sup>12</sup> = Themistoclen; een Griekse accusativus	
<sup>13</sup> meritum	verdienste
<sup>14</sup> plerique	de meeste, zeer vele
<sup>15</sup> potissimum	bij voorkeur
<sup>16</sup> Thucydides, de Atheense geschiedschrijver van de Peloponnesische oorlog	
<sup>17</sup> aetas, aetatis	tijd
<sup>18</sup> proximus de	dichtstbij
<sup>19</sup> Artaxerxes I was de zesde koning uit het huis der Achaemeniden, van 465 v.Chr. tot aan zijn dood in 424 v.Chr.. Hij was de derde zoon van Xerxes I. Hij zou de "Artasyrus" kunnen zijn die Herodotus noemde als een satraap van de koninklijke satrapie van Bactrië. Artaxerxen: Griekse accusativus	
<sup>20</sup> quamdiu	zolang als
<sup>21</sup> adversum + acc.	tegen
<sup>22</sup> idem	dezelfde, tevens, ook
<sup>23</sup> tutum	veiligheid
<sup>24</sup> sc. ego ipse	
<sup>25</sup> reverti 3	terugkeren
<sup>26</sup> litterae	brief
<sup>27</sup> certiolem facere	iemand op de hoogte stellen (van)
<sup>28</sup> dissolvere 3	afbreken ( <i>losmaken: het was een schipbrug van aan elkaar geknoopte schepen</i> )

quo nuntio ille periculo est liberatus<sup>1</sup>. 4 Nunc autem confugi ad te exagitatus<sup>2</sup> a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam. Quam si ero adeptus<sup>3</sup>, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus<sup>4</sup> est. Te autem rogo, ut de iis rebus, quas tecum colloqui<sup>5</sup> volo, annum<sup>6</sup> mihi tempus des eoque transacto<sup>7</sup> ad te venire patiaris.<sup>1</sup>

### [10] Themistocles' dood

Huius rex animi magnitudinem<sup>8</sup> admirans cupiensque talem virum sibi conciliari<sup>9</sup> veniam<sup>10</sup> dedit. Ille omne illud tempus litteris<sup>11</sup> sermonique<sup>12</sup> Persarum se dedidit<sup>13</sup>; quibus adeo eruditus<sup>14</sup> est, ut multo commodius<sup>15</sup> dicatur apud regem verba fecisse, quam ii poterant qui in Perside<sup>16</sup> erant nati. 2 Hic cum multa regi esset pollicitus<sup>17</sup> gratissimum<sup>18</sup>que illud, si suis uti consiliis vellet, illum Graeciam bello oppressurum<sup>19</sup>, magnis muneribus<sup>20</sup> ab Artaxerxe donatus<sup>21</sup> in Asiam rediit domiciliumque<sup>22</sup> Magnesiae<sup>23</sup> sibi constituit. 3 Namque hanc urbem ei rex donarat, his quidem verbis: quae<sup>24</sup> ei panem praeberet - ex qua regione quinquaginta talenta<sup>25</sup> quotannis<sup>26</sup> redibant -;

---

<sup>1</sup> liberare ab	bevrijden van
<sup>2</sup> exagitare	wegjagen
<sup>3</sup> adipisci, adeptus	verkrijgen
<sup>4</sup> experiri, expertus	beproeven, ervaren
<sup>5</sup> colloqui cum	spreken met
<sup>6</sup> annuus	van een jaar
<sup>7</sup> transigere, -egi, -actus	doorbrengen
<sup>8</sup> magnitudo	grootseheid
<sup>9</sup> sibi conciliare	voor zich winnen
<sup>10</sup> venia	vergiffenis
<sup>11</sup> litterae	het lezen en schrijven
<sup>12</sup> sermo	taal
<sup>13</sup> dedere 3, dedidi	overgeven
<sup>14</sup> erudire + abl.	onderwijzen in
<sup>15</sup> commodus	gemakkelijk, doelmatig
<sup>16</sup> Persis, -sidis	Perzië
<sup>17</sup> polliceri	beloven
<sup>18</sup> gratus	welgevallig
<sup>19</sup> opprimere 3, -pressi, -pressus	overweldigen
<sup>20</sup> munus n, muneris	geschenk
<sup>21</sup> donare	begiftigen
<sup>22</sup> domicilium	woonplaats
<sup>23</sup> Magnesia aan de Sipylos (Oudgrieks: Μαγνησία ἢ ὑπὸ Σιπύλω; Latijn: Magnesia ad Sipylum) was een stad in Lydië, die ongeveer 65 km ten noordoosten van Smyrna, aan de rivier Hermus aan de voet van de Sipylos lag. Tegenwoordig ligt hier Manisa, een stad in Turkije.	
<sup>24</sup> quae + coni.	hier; een stad om ....
<sup>25</sup> talentum	talent, gewicht van 25 kg, waarde geschat op circa 5000 euro
<sup>26</sup> quotannis	jaarlijks



Lampsacum<sup>1</sup> autem, unde vinum sumeret; Myunta, ex qua opsonium<sup>2</sup> haberet. Huius ad nostram memoriam<sup>3</sup> monumenta<sup>4</sup> manserunt duo: sepulcrum<sup>5</sup> prope oppidum, in quo est sepultus<sup>6</sup>; statua<sup>7</sup> in foro Magnesiae. 4 De cuius morte multimodis<sup>8</sup> apud plerosque scriptum est; sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum neque negat fuisse famam<sup>9</sup> venenum<sup>10</sup> sua sponte sumpsisse, cum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret<sup>11</sup>. 5 Idem ossa<sup>12</sup> eius clam in Attica ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur<sup>13</sup>, quod proditiōis<sup>14</sup> esset damnatus<sup>15</sup>, memoriae prodidit.

---

<sup>1</sup> *Lampsacus is een stad uit de Griekse oudheid aan de oostzijde van de Hellespont. Tegenwoordig heet de stad Lapseki.*

<sup>2</sup> opsonium	etenswaren
<sup>3</sup> memoria	herinnering
<sup>4</sup> monumentum	gedenkteken
<sup>5</sup> sepulcrum	graf
<sup>6</sup> sepelire, sepelivi, sepultus	begraven
<sup>7</sup> statua	beeld
<sup>8</sup> multimodis	op vele wijzen
<sup>9</sup> fama	gerucht
<sup>10</sup> venenum	vergif
<sup>11</sup> desperare	wanhopen
<sup>12</sup> os <i>n</i> , ossis	bot
<sup>13</sup> concedere 3	toestaan
<sup>14</sup> proditio, -tionis	verraad
<sup>15</sup> damnare + <i>gen. criminis</i>	veroordelen wegens